

IN  
LUCULENTUM AMICITIÆ

*Τεκμήριον,*  
VIRO NOBILISS. atque DOCTISSIMO DOMINO,

DOMINO  
Carolo Erdmaño  
Kierizio,

IN  
FAMIGERATISSIMA SALANA,  
CONTRA  
PRÆJUDICATAS OPINIONES,  
CIRCA  
USUCAPIONEM ET PRÆSCRIPTIONEM  
PASSIM OBVIAS,  
PRO

GRADU DOCTORALI.

IN  
UTROQUE JURE,  
RITE CAPESSENDO,  
DIE MARTII 1722.  
MASCULE DEPUGNANTI,  
PAUCIS QUIDEM LINEOLIS,

INTER STREPITUS FORENSES  
DEPROPERATIS,  
PROLIXISSIMO TAMEN AFFECTU,  
APPLAUDERE  
VOLUIT DEBUI.

ANDREAS PENDORFF,  
ADVOCATUS JURATUS SAXONICUS.



CIZÆ,  
LITERIS HUCHONIS.



Kapitel 78 IV 13 [54]

X 3012570

AK



Llorum quod fit, fateor, fundata querela,  
Qui cum non detur scribendi terminus ul-  
lus,  
Corde dolent, imoque trahunt in pectore  
vocem:

Quot non librorum prægrandia plaustra tueris?  
Si loca, quæ venum prostant lustrare placebit,  
Et quo verborum faciam compendia, dicam,  
Quod res est: libris jam tempora nostra scatere,  
Ut sibi conquirat laudes, nunc scribere quemvis,  
An bene? non curat, nec si, quæ scripserit, illis,  
Ut fit pro meritò, tineæ dominantur edaces.  
Hinc quoque prudentum pia dudum vota fuerunt,  
Quo cito pruritum scribendi Sanctio legis  
Tolleret effrenem, positis huic finibus æquis.  
Sed lex speratur, quo fato, nescio, frustra,  
Hancque vicem supplet sententia docta Virorum,  
Quique sciunt, multum quod distent æra lupinis,  
Atque



Atque reipretium , ceu debent,ponere norunt,  
Talia spernentes,quæ dixi,vilia Scripta.  
Sed si quæ monumenta vident redolere lucernam,  
Hæc læti capiunt,ac complectuntur amico,  
Et tenero gremio nec defunt munera laudam,  
Queis celebrare solent Autorum nomina data,  
Hunc Tibi polliceor plausum,Clarissime KIER.IZ,  
A primis annis qui Te distinguere suæsti  
Id Martisburgum testatur,Cizaque nostra,  
Quod fueris nunquam non solers,Iponte fatetur.  
Halla tuas laudes minime vicina tacebit,  
Utpote quam semper doctorum fama perennis  
Ornat,qui temet Civilia Jura docebant,  
Haud est inferior,nec cedit,Lipsia quicquam,  
Quæ tua turgenti bacca præconia cantat!  
Quid de Salana dicam ? quæ præmia confert  
Ardoremque tuum studiorum laudibus effert!  
Nec tuus his spatiis inclusus substitit ardor,  
Ad terras tendens alieno sole calentes,  
Ut quos ingenium flores colligeret,olim  
Maxime prodesse,quo fructus ferret amœenos,  
Larga seges mentis,per raro culta labore.  
Haud opus est verbis, cum splendida facta super sunt,  
Vincere quæ possunt quosvis longissime testes.  
Est certum, quod sit tua Dissertatio major  
Laude mea,per quam, quid sit Præscriptio, promiss

Expe-

Expediens nebulas, quæ hic quæſita redundant,  
Et fugiens ſcopulos, qui magnis aufibus obſtant.  
Tu bene diſcernis, quæ diſcernenda fuerunt;  
Et quo cuncta fluant, conniteris, ordine certo.  
Haſque Theſes forti, quæ laus tua, Marte tueris.  
Quare Tibi merito nunc decernuntur honores,  
Et tua Doctõris nunc Laurea tempora cingit.  
Hoc de ſucceſſu lætor, gratorque parenti,  
Qui ſuperata videt, quæ de Te vota fovebat,  
Gratulor atque Tibi, ſincero corde precatus:  
Ut Deus omnipotens jubeat te vivere ſalvum,  
Utque tuæ laudes per plurima ſæcla perennent.





IN  
LUCULENTUM AMICITIÆ

Τεκμήριον,

VIRO NOBILISS. atque DOCTISSIMO DOMINO,

DOMINO

Carolo Erdmaño  
Kieri

FAMIGERATIS

PRÆJUDICAT

USUCAPIONEM ET  
PASSIM

GRADU D

UTRO

RITE

DIE  
MASCUL  
PAUCIS Q  
INTER

PROLIXISS

ANDRI  
ADVOC



Kapsel 78 IV 13 [54]

X 3012570

AK